Ms. 808, p. 6: 6.9

et ex his tribus ceterae creaturae formati sunt tantum duae res ex nihilo id angelicam creaturam et informem materiam. supra aquam spiritus dei superferebatur fovens et baptizans omnes creaturas simul. Sed una quaestiuncula restitit nobis quam intellectu subtilissimo secundum sensus priorum inuestigare debemus. quod lucifer ante ordines caelestium prior (i.e. illis) esse creatum multi adfirmant credendum. Sed confirmare non possunt contra auctoritatem

Spbetaete (!) dicentis qui uiuit in aeternum creauit omnia simul. Nec hoc multum difficile ad intellegendum. uerbi creatia (!) ponamus ad sensum hominem acricultorem semen in sinu tenentem et seminantem in agro et aliud ante eius praecurrit aliud posterius cadit simul in sinu habuit semel expansit manu. Similiter ergo lucifer in gremio uel sinu uoluntate patris cum ceteris angelis simul fuit sed in egressione angelorum ante totus processit. Et tamen non est ante creatus inde egredientibus certatim turbis nouellae creaturae et constipantibus legionibus uirtutum caelestium stupefacti ignorabant se quid erant. Unde erant quid debebant quasi rudis infantia in circumspecti

(! add.)